

Gereberto fama disperfit, fuisse sibi statuæ caput, certa in-
 spectione siderum, quod non nisi interrogatum loqueretur;
 Et verum vel adfirmativè, vel negativè pronuntiaret. Ver-
 bigratiâ, cum diceret Gerebertus: ero Apostolicus? respon-
 deret statua: etiam, Moriar, antequam cantem Missam in Diaboli in
 Jerusalem? non. Qui tamen responso, de mortis tem- dibrium
 pore, deceptus est. Cogitavit enim ille urbem Jeru- in vatici-
 salem: Oraculum verò fanum S. Crucis, quod Ro- nando.
 mæ vocatur Jerusalem, voluit intellectum. Illic post-
 quam Pontifex ille, Oraculi mentem non adsecutus,
 sacra celebrasset, miserè vitam finivit. Nam gravi sta-
 tim correptus feбри, ex strepitu Dæmonum, ut tradit
 Petrus Præmonstratensis, sensit sibi mortem adesse,
 pensumq; Satanæ reddendum. Scelus Magici erro-
 ris publicè plorans, confitebatur, & miserabili & hor-
 rendo post interitu abripiebatur. Et inter ipsas mor-
 tis angustias petebat, ut scribit Benno, manus & lin-
 guam sibi abscindi (sunt, qui addant genitalia) quibus
 Deum blasphemârit. Videatur Johannes Baleus, Su-
 dovolfius Anglus, in ejus vita, Lib. V. class. III. sect. 3.

28. Adduntur apud Ezechielem duo divinatio- Βελομαν-
 num genera alia: quæ quamvis ad Teraphim non perti- ταία &
 neant, ως εν παρόδω tamen paucis attingemus: ut Baby- ραβδο-
 loniorum superstitio eò fiat manifestior. Altera in- μαντεία.
 nuitur verbis: Rex קל קל בַּחֲבֵרָה Quæ verba alii ex-
 ponunt, terget sagittas: ut in earum splendore cerne-
 rent divinatores, quâ eundum esset; sicut Augures in
 splendenti cuspide, velut in crystallo, futura prospici-
 unt. Alii: commiscebit sagittas: ut, uni sagittæ inscri-
 bens nomen urbis Rabbath, alteri nomen urbis Jerusa-
 lem, deinde commiscens eas in pharetra, & clausis o-
 culis